

# The Electronic *Manipulus florum*

[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

## Doctrina siue doctor t cum uariis

Hoc habet proprium doctrina arrogancium ut humiliter nesciant inferre que docent, et recta que sapiunt, eciam recte ministrare non possunt. In uerbis enim eorum proditur qui cum docent quasi in quodam sibi uidentur summitatis culmine residere, eosque quos docent ut longe infra se positos uelut in imo respiciunt quibus non consulendo loqui, sed uix dominando dignantur.

Gregorius libro XXIII. moralium.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

proditur] perduntur P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; imo] uno P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup>; libro *om.* V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>